UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Specvlvm Magnvm Episcoporvm, Canonicorvm, Sacerdotvm Et aliorum Clericorum omnium tam Secularium quam Religiosorum

Tympe, Matthäus

[Köln], 1614

142. Mores solutos vitare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51447

Visual Library

…s Clementiæ Saluatoris! Quod datum non eſt Angelis conceſſum eſt homini. Sacerdos hoc Sacramentum ineffabile conficit: Angelus conficienti ſibi quaſi famulus aſſiſtit. O quam venerabile, quam glorioſum, quam inſigne fuit apud antiquos nomen Sacerdotij? Sed hodie quid abiectius eo? quid vilius? O Sacerdotes, ſi anima cuiuslibet iuſti ſedes Dei eſt, multo vos magis ſedes & templum Dei eſſe debetis mundum & immaculatum. Si ſepulchrum eius glorioſum eſt, in quo corpus iacuit exanime glorioſiora & digniora eſſe debent corpora veſtra, quæ à morte ſuſcitatus quotidie dignatur inhabitare. Si Beatus eſt venter, qui nouem menſibus Chriſtum portauit: etſi non tantum, tamen beata eſſe debent corpora veſtra, in quibus quotidie elegit ſibi hoſpitium filius Dei. Si beata ſunt vbera quæ paruulus ſuxit, ita debet eſſe os beatum, quod carnem eius ſumit, & ſanguinem ſugit. Carnes ergo veſtras cum timore eius configite, & vobis diligenter prouidete, ne lingua, quæ loquendo vocat de cœlo filium Dei, contra Dominum loquatur; & ne manus quæ intinguntur ſanguine Chriſti, polluantur ſanguine peccati. Præmia offerentium hoc ſacrificium V. in Triumpho.

SIGNVM CXLII.

Mores ſolutos vitare.

CLerici boni cauent ne de ſe dicatur, quod apud Baronium Anno Chriſti 286. de Torquato

Hic Torquatus ut Antonianus quondam ille conuiuator edebat, potabat vomebat.

quato Apoſtata dicitur: *In ſui lenocinio mollem... pitis fimbrias admittit, tonſorem diligit, ſcapula... ter geſtit, fluxum greſſum improbo nixu diſtendit... ctis viris fœminas curioſius intuetur.* Nunquam ... *ſtes Chriſtus dignatus eſt habere ſeruos ſuos.* S... Gregorius Nazianz. *de apoſtata* Iuliano dum ſe ... *Chriſtianum falſo profiteretur & ſub pallio Philo... ſe occultare cuperet, ait:* Neque enim mihi bonu... *quam ſignificare atque ominari videbantur, ceru... ſtata, humeri ſubſultantes, & ad æquilibrium ... agitati, oculus inſolens, & vagus furioſeque ... pedes inſtabiles & titubantes, naſus contume... contemptum ſpirans, vultus lineamenta ridic... ſignificantia, riſus petulantes & effrænati, ... renutus temerarij ſermoque hærens ſpirituque ... interrogationes ſtultæ & præcipites, reſponſio... hilo his meliores, aliæ in alias inſultantes, neque ... conſtantes, nec eruditionis ordine progredientes.*

Orat. 2. in Iul.

Motus corporis vox quædam eſt animi.

V. locum de diſciplina Eccleſ. li. 1. de off. c. 18.

etiam hiſce exterioris corporis cultus ſigni... ctus Ambroſius de duobus Clericis, æque ... vaticinatus eſt. Et S. Hieronymus ad Euſtoc... Pſeudoclericos prænotans dicit: *Omnis iis ... de veſtibus, ſi bene oleant, ſi pes laxa pelle non ... crines calamiſtri veſtigio rotantur, digiti de ann... dient, & ne plantas humidior via ſpargat, vix ... munt ſumma veſtigia, tales cum videris ſponſos ... exiſtimato quam Clericos.*

V. P. Fatin de mortificat. c. 20.

Quemadmodum vel minima quæque ... cula in facie, maiorem adfert deformita... quam magnæ cicatrices in alijs corporis pa... bus: ita quoque in Eccleſiaſticis qui ſunt ...

ſi facies Eccleſiæ Dei, vel minima exterioris compoſitionis labecula & defectu plus offenſionis damnique adfert proximis, quam exceſſus aliorum membrorum inferiorum Eccleſiæ quantumuis enormes.

Signvm CXLIII.

Feliciter mori.

VRſinus Nurſiæ Presbyter caſtus & ſanctus, dum animam ageret, lætus exclamauit, gratias agens ijs quos ad ſe veniſſe ibus cernebat. Et quærentibus qui ei aſſidebant, qui eſſent illi quorum aduentu tantopere gauderet? *Nunquid non videtis*, inquit, *Petrum & Paulum Apoſtolos hic adeſſe & euocare me?* Mox ad eos quos tantum ipſe videbat conuerſus, dum repeteret, *venio, venio, ecce venio*, cum iiſdem abiens corpus exanime reliquit.

Greg. 4. Dial. c. 11. V. Triumphũ ad quẽ hæc referẽda ſunt, & ex quo huc multa referri poſſunt.

Ib. c. 47.

2. *Merolo* monaſterij Gregoriani Romæ Monacho, egregia morum ſanctitate prædito, in quiete viſum eſt coronam candidiſſimis floribus contextam è cœlo labi ac ſuper caput ſuum ſiſti. Poſthæc aduerſa valetudine agitatus, cum magna animi alacritate diem obiit extremum.

Anno deinde decimoquarto Petri Abbatis iuſſu aperto eius ſepulchro incredibilis odoris inde ſuauitas exhalauit.

3. Pauli

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN